deare. Est igitur magna ex parte locus hic oratorius non modo. non iuriconsultorum. sed ne philosophorum quidem: Ante rem enim quaritur. que talia sunt apparatus colloquia locus institutum conuentionum. Cum re autem pedum crepitus strepitus hominum corporum umbre siquid eiusmodi. At post rem rubor. pallor titubatio. siqua alia signa conturbationis & conscientie. Præterea restinctus ignis. gladius cruentus. cæteraque que suspicionem facti possunt mouere. Deinceps est locus dialecticorum pro prius ex consequentibus & antecedentibus. & repugnantibus qui etiam ab adiunctis loge diuersus est. Nam coniuncta de quibus paulo ante dictum est non semper eueniunt consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia que rem id coheret cum re necessario. & quicquid repugnat id eiusmodi est. ut coherere nunquam possit. Quam tripartite igitur distribuatur locus hic in consecutionem. antecedentem. repugnantiam reperiendi argumenti locus simplex est. tractandi triplex. Nam quid iterum est quum hoc sumpsit pecuniam numeratam mulieri deberi. cui sit omne argentum legatum. utrum hoc modo concludas argumentum. Si pecunia signata argentum est. legata est mulieri. Est autem pecunia signata argentum. legata igitur est. an illo modo si numerata pecunia non est legata. non est numerata pecunia argentum. est autem numerata pecunia argentum. legata igitur est. An illo modo non est legata pecunia argentum. & non est legata numerata pecunia. legatum autem argentum est legata igitur numerata pecunia est. Appellat autem dialectici eam conclusionem argumenti. in qua quum primum sumpsit consequitur id quod annexum est primum conclusionis modum. Quum id quod annexum est negaris. ut id quod annexum est negaris. & bis alia negatio rursus adiungitur. & ex his primum sumpsit. ut quod relinquitur tollendum sit. is tercius appellatur conclusionis modus. Ex hoc illa rhetorum ex contrariis conclusio. quæ ipsi appellat. non quæ omnis sententia proprio nomine dicitur. sed ut Homerus propter excellentiam comune poetarum nomen efficit apud grecos suum sic quum omnis sententia entymema dicatur. quia videtur ea quæ ex contrariis conficiatur acutissima sola proprie comune nomen possidet. Eius generis hæc sunt. hunc metuere. atque in metu non ponere. eam quam nihil accusas damnas bene quam meritam æstimas male mereri. id quod scis prædest. nihil id quod ne scis obest. Hoc differendi genus attingit omnino nostras quoque in respondendo disputationes. Sed philosophorum magis quibus est cum oratoribus illa expugnantibus sententiis communis conclusio. quæ a dialecticis tercius modus. a rhetoribus entymema nuncupatur. Reliqui dialecticorum modi plures sunt. qui ex distinctionibus constant. aut hoc aut illud. hoc autem non igitur illud. Itemque hoc aut illud. non autem hoc illud igitur. Quæ conclusiones iccirco rariæ sunt. quæ in distinctione plus uno esse non possunt. Atque ex his conclusionibus quas supra scripsi prior quartus posterior quintus a dialecticis modus appellatur. Deinde addunt coniunctionum negantiam sic non & hoc est & illud. hoc autem non igitur illud hic modus est sextus. septimus autem. non & hoc & illud non autem hoc igitur illud. Ex his modis conclusiones innumerabiles nascuntur. in quo est fere tota dialectica. sed ne hæc quidem quas exponimus ad hanc institutionem necessariæ. proximus est locus rerum efficientium quæ causæ appellantur. Deinde rerum effectarum ab efficientibus causis. Harum exempla. ut reliquorum locorum paulo ante posui. & quidem ex iure civili. sed hæc patent latius. Causarum igitur genera sunt. unum quod visua. id quod sub ea subiectum est certe efficit. ut ignis accedit. Alterum quod naturam efficiendi non habet. sed sine quo effici non possit. Ut si quis æs causam statuarum velit dicere. quod sine eo non possit effici. Huius generis causarum sine quo non efficiunt. alia sunt quæ quædam adhibent ad efficiendum. & quædam afferunt per se adiumenta. & si non necessaria. ut amor congressio causam attulerit. amor flagitio. Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentiæ fatum a stoicis necitur. Atque ut earum causarum sine quibus effici non potest genera diuisi. sic etiam efficientium diuisi possunt. Sunt enim alie cause que plane efficiant nulla re adiuuante. alie que adiuuari velint. ut sapientia efficit sapientes sola. per se beatos efficiat. necne sola per se quæstio est. Quare quum in disputationem incidit causa efficiens aliquid necessario sine dubitatione licebit quod efficiat ab ea causa concludere. Quum autem erit talis causa. ut in ea non sit efficiendi necessitas. necessaria conclusio non sequitur. Atque illud quod genus causarum quod habeat vim efficiendi necessariam errorem afferere non ferre solet. hoc autem sine quo non efficiat sæpe conturbat. Non autem si sine parentibus filii esse non possunt propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur sine quo non fit ab eo. a quo certe diligenter est separandum. illud enim est tanquam vitina ne in nemore pelio cese securibus ad terram cecidissent abiegnæ trabes. nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes. ergo illa facta non esset. nec tamen fuit in his trabibus efficiendi vis necessaria. At quum in Aiæcis nauem chrispifulcans ignem fulmine iniecit. inflamat nauis necessario. Atque etiã est causarum dissilitudo quæ alie sunt. ut sine vlla appetitione animi. sine voluntate. sine opinione suã. quæ si opus efficiat. Velut oculus intereat quod ortum sit. Alie autem. aut voluntate efficiunt. aut bitu aut natura. aut arte. aut casu. Voluntate. ut tu quum hæc libellum legis. Perturbatone animi. ut si quis euentum horum temporum timeat. Habitu. ut facile & cito irascatur. Natura. ut vitium in dies crescat. Arte. ut bene pingat. Casu. ut prospere nauiget. Nihil horum sine causa nec quæque oino. sed huiusmodi cause non necessarie. Omnis autem causarum in alijs inest constantia. in alijs non inest. In natura & in arte constantia est. in ceteris nulla. Sed tamen earum causarum. quæ non sunt constantes. alie sunt perspicue. alie latent. Perspicue sunt quæ appetitionem animi. iudiciumque tangunt. Latet quæ subiecte sunt fortune. Quum enim nihil sine causa fiat: hoc ipsum fortune cunctus obsecra

ra causa latenter efficitur. etiam ea quae sunt partim sunt ignorata: partim voluntaria. Nam iacere telum
 voluntatis est. ferire quem nolueris fortune. ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus. si tellum ma-
 nu fugit magis quam fecit. Cadunt etiam in ignoracionem atque imprudentiam perturbationes animi
 tanquam sunt voluntaria. Obiurgacione enim & admonitione deiciuntur. tamen sunt tantos motus. ut ea quae
 voluntaria sunt. aut necessaria interdum. aut certe ignorata videantur. Toto igitur loco causas expli-
 cato ex earum differentia in magnis quidem causis. vel oratorum. vel proborum magna argumentorum suppe-
 dit copia. In vestris autem si non vberior. & fortasse subtilior. Priuata enim iudicia maximarum quidem
 rerum in iurisconsultorum mihi videntur esse prudentia. Nam & adsunt multum. & adhibentur in
 consilio. & patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus bastas ministrant. In omni-
 bus igitur his iudiciis. quibus ex fide bona est additum. vbi vero etiam. ut inter bonos bene agere oportet
 et. Imprimis in arbitrio rei uxoris in quo est quod eis melius acquiescere parati esse debent. Illi enim do-
 lum malum illi fidem bonam. illi aequum bonum. illi quid socium socio. Quid enim qui negocia aliena cu-
 stare oporteret. quid virum uxori. quid uxorem viro tradiderunt. Licet igitur diligenter cognitis ar-
 gumentorum locis. non modo oratoribus & probis. sed iuris etiam peritis. quoniam de consultationibus suis
 disputare. coniectus huic causae loco. Locus ille est qui efficitur ex causis. ut enim causa effectum indi-
 cat. sic quod effectum est quae fuerit causa demonstrat. hic locus suppeditare solet oratoribus & poe-
 tis. saepe etiam probis. sed bis qui ornati. & copiose loqui possunt. mirabilem copiam dicendi quam denunciant
 quid ex quaque re sit futurum. Causae enim cognitio cognitionem euentorum facit. reliquus est compa-
 tionis locus. cuius genus & exemplum supra positum est. ut caterorum nunc explicanda tractatio est. Co-
 paratur igitur omnia quae aut maiora. aut minora. aut paria dicuntur. In quibus expectatur haec nume-
 rus. species. vix. quaedam etiam ad res aliquas affectio. Numero sic comparabuntur. ut plura bona pau-
 cioribus bonis anteponantur. pauciora mala pluribus. diuturniora bona breuioribus. longe &
 late peruagata angustis. ex quibus plura bona praesententur quaeque plures mutantur & faciunt. Specie
 autem comparantur. quae propter se expectanda sunt bis quae propter aliud. & ut innata atque insita adsumptis &
 aduenticiis. integra contaminatis. iocunda minus iocundis. honesta ipsis etiam vtilibus. praediuina labo-
 riosis. necessaria non necessariis. sua alienis. rara vulgaribus. desiderabilia his quibus facile carere pos-
 sis. perfecta inchoatis. tota partibus. ratione vtilitatis rationis expertibus. voluntaria necessariis. animata in-
 animatis. naturalia non naturalibus. artificiosa non artificiosis. Vis autem in comparatione sic cernitur. effi-
 ciens causa grauior quam non efficiens. quae se ipsis contenta sunt meliora quam quae egent aliis. quae in
 nostra quam quae in aliorum potestate sunt. stabilia incertis. quae eripi non possunt bis quae possunt. Affectio
 autem ad res aliquas. est huiusmodi principium comoda maiora quam reliquorum. itemque quae iocundiora. quam
 pluribus probata. quae ab optimo quoque laudata. Atque ut haec in comparatione meliora. sic deteriora quam
 bis contraria. Parium autem comparatio. nec elationem habeat. nec summisionem. est enim equalis.
 Multa autem sunt quae aequalitate ipsa comparantur. quae ita fere concluduntur. Si consilio iuuare ciues &
 auxilio aequa in laude ponenda est. Pari gloria debent esse qui consulunt. & qui defendunt. Ad quod
 primum est quod sequitur. igitur perfecta est omnis argumentorum inueniendorum praecipio. ut quoniam profe-
 cto sit a diffinitione. a petitione. a notatione. a coniugatis. a genere. a formis. a similitudine. a differentia
 a contrariis. ab aduersis. ab antecedentibus. a consequentibus. a repugnantibus. a causis. ab effectibus.
 a comparatione maiorum. minorum. parium. Nulla praeterea sedes argumenti querenda sit. Sed quo
 niam ita a principio diuisum. ut alios locos dicerem. coeipo de quo ambigitur habere de. quibus satis di-
 ctum est. alios assumi extrinsecus. de his. pauca dicamus. Et si ea nihil omnino ad vestras. disputatores perti-
 nent. sed tamen totam rem efficiamus quoniam quidem coepimus. Neque enim tuis es quem nihil nisi ius civile dele-
 ctet. Et quoniam ad te haec ita scribuntur. ut etiam in aliorum manus sint vetera deorum opera. ut quae plurimum bis quos
 recta studia delectant prodesse possimus. Haec ergo argumentatio que dicitur artis expertis in testimo-
 nio posita est. Testimonium autem nunc dicimus omne quod ab aliqua re externa sumitur ad facien-
 dam fidem. Persona autem non qualiscumque est testimonii pondus habet. Ad faciendam enim fidem auctoritas
 queritur. Sed auctoritatem. aut natura. aut tempus affert. Nature auctoritas in virtute inest maxime. In
 tempore autem multa sunt. quae afferant auctoritatem. ingenium. etas. opes. fortuna. ars. versus. necessitas. concursio
 etiam nunc rerum fortuitarum. Nam & ingeniosos & opulentos. & etatis spacio probatos dignos quibus
 credat putant. Non recte fortasse sed vulgi opinio mutari vis potest. ad eamque omnia dirigunt. & quae iudicant
 & quae existimant. Qui. n. bis rebus (quas dixi) excellunt ipsi virtute videtur excellere. Sed reliqua quoque
 rebus quas modo enumeravi. quaeque in his nulla species virtutis est tamen interdum confirmat fides. si versus. aut
 ars quaedam adhibetur. Magna. n. est vis. ad persuadendum scientie. aut versus. Plerumque enim creditur bis qui
 experti sunt. facit etiam necessitas fidem. que tamen a corpibus. tamen ab animis nascitur. Nam & verberibus
 & tormentis significati. que dicunt ea videtur veritas ipsa dicere. & que a perturbationibus animi dolo-
 re. cupiditate irarundia. metu. quia necessitatis vim habet. afferunt auctoritatem & fidem. cuius gene-
 ris etiam illa sunt. ex quibus nonnullae vix inueniuntur. pueritia. somnus. imprudentia. vinolentia. insania. Nam &
 per vim saepe iudicauerunt aliquid quod pertinet ignari. & per somnum. vinum. insaniam multa saepe patefacta sunt.
 Multi etiam in res odiosas imprudenter inciderunt. ut Scalerio nup accidit. quae ea locutus es bonis viris
 subasculatibus pariete interposito. quibus patefactis in iudicium. platis rei capitalis iure dantur. huic
 sile quidam de lacedemonio pausania accepimus. Concursio etiam fortuitoque talis est. ut si interuentum est

casu quā aut agere aliquid quod proferendū non esset aut dicere. In hoc genere etiā illa in Palame de e coiecta suspitionū pditiois multitudo. Quod genus refutare interdū veritas vix potest. Huius etiā & generis fama vulgi quādam multitudinis testimoniu. Quae aut virtute fidē faciūt ea bipartita sunt ex quibus alterū natura valet: alterū industria. Deorū em virtus natura excellit. hominū aut industria diuina hęc se re sunt testimonia. primū orōnis. Oracula em ex coipso appellata sunt: quod est in iis deorū orō deinde reorū in quibus sunt quasi quaedā opera diuina. Primū ipse mundus eiusque oīs ordo & ornatus: deinceps aeris volatus autū atque cātus: deinde eiusdem aeris sonitus & ardores multarūque reorū in terra portenta: atque etiā pexta inuēta p̄sensio. A dormientibus quoque multa significata visis: quibus ex locis sumi interdū solet ad fidē faciendā testimonia deorū. In homine virtutis opinio valet plurimū. Opinio autē est non modo eos virtutē habere qui habēt. sed eos etiā qui habere videant. Itaque quos ingenio: quos studio: quos doctrina pditos videt: quosque vitā cōstantē & pbatā: ut Catonis: Laelii: Scipionis: aliorūque plurimū videtur eis esse quales se ipsi velint. Nō solū eos censent tales esse qui in honoribus populi reorū pu. versant: sed et oratores & philosophos & poetas & historicos: ex quorū & dictis & scriptis saepe auctoritas petitur ad faciendā fidē. Expositis oibus argumētandi locis: illud primū intelligendū est: nec vllā esse dispositionē in qua nō aliquis locus incurrat. nec fere oēs locos incidere in oēm quæstionē: sed quibusdam quæstionibus alios: quibusdā alios esse aptiores locos. Quæstionū duo sunt genera: alterū infinitū: alterū definitū. Definitū est quod bypotbesin græci: nos causā. Infinitū quod thesin illi appellant nos propositū possumus nominare. Causa certis personis: locis: temporibus: actionibus: negotiis cernitur: aut in oibus: aut in plerisque eorū. Propositū autē in aliquo eorū: aut in pluribus: nec tamē in maximis. Itaque propositū est pars cause si quæstio eorū: aliqua de re est: quibus causæ cōtinent: aut vna. aut pluribus: aut non nūquam oibus. Quæstionū autē quæcūque de re sint duo sunt genera: vnum cognitionis: alterū actionis. Cognitionis sunt hęc quarū finis est sciētia: ut si quærat: natura ne ius profecto sit: an ab aliqua quasi cōtradictōe hominū & pactione: Actiones autē huiusmodi exempla sunt: sit ne sapientis ad rep. accedere: Cognitionis quæstiones tripartitæ sunt: quā an sit: aut quid sit: aut quale sit quæritur. Horū primū cōiectura: secundū diffinitione: tertiū iuris & iniuriæ diffinitione explicat. Cōiectura ratio in quatuor partes distributa est. Quarū est vna quā quærit: sit ne aliquid. Altera vnde ortū sit. Tercia quæ id causa effecerit. Quarta in quod de mutatione rei quærit: sit nec ne: ut quidnā honestū sit: & quid æquū. Reuera an hęc tantū in opinione sint. Vnde aut sit ortū: ut quā quærit natura an doctrina possit effici virtus. Causa aut efficiēs sic. ut quā quærit. quibus rebus eloquētia efficiat. De cōmutatione autē sic: possit ne eloquētia cōmutatione aliqua in infatā cōverti: Quā aut quid sit quærit: notio explicanda est & proprietates & diuisio & partitio. Hęc em sunt diffinitioni attributa: Additur etiā descriptio: quā gracivo cat. Notio sic quæritur. Sit ne id æquū quod ei qui plus potest vtile est. Proprietates sic: In homine ne solū cadat: an etiā in beluas egritudo: Diuisio: & eodē modo partitio si. Tria ne genera bonorū sint: Descriptio: quælis sit avarus: qualis assentator: exterarūque eiusdem generis in quibus natura: & vita describit. Quā aut quærit quale quid sit: aut simpliciter quæritur aut coparate. Simpliciter expetēda ne sit gloria. Coparate pponēda ne sit diuitiū gloria. Simpliciter tria genera sunt: de expetēdo fugiēdoque: de æquo & iniquo tēdo & fugiēdo huiusmodi. Si expetēda diuitiā: si fugiēda paupertas. De æquo & iniquo: æquū ne sit vlscisci a quo cūque iniuriā acceperis: De honesto & turpi. honestū ne sit p̄ patria mori. Ex altero aut gene re quod erat bipartitū. vnum est de eodē & alio: ut si quærat quid inter amicū interficere & assentatorē: regem & tyrannū: alterū de maiore & minore: ut si quærat: eloquētia ne pluris sit: an iuris ciuiliis sciētia: De cognitionis quæstionibus hactenus. Actionis quæstiones reliquæ sunt. quarū duo sunt generavnum ad officii alterū ad motū animi vel gignendū vel sedandū: planeue tollendū. Ad officii sic quum quærit: suscipiēdi ne sunt liberi: Ad mouēdos animos: quā sunt cōbortatiōes ad defendēdā rempub. ad gloriā & ad laudē. Quo ex genere quærelæ incitatiōes: miseratiōesque flebiles. Rursusque orō tū iracundi am restringēs: tū metū eripies: tum exultantē latitiā cōprimens: tū egritudinē abstergens: hęc quum in propositis quæstionibus genera sint eadē in causas trāsferunt. Loci aut qui ad quasque quæstiones accommodati sunt: deinceps sunt vidēdi. Oēs quidē illi (quos supra diximus) ad plerasque sūt: sed alii ad alias (ut dixi) aptiores. Ad coniecturā igitur maxime apta: quæ ex causis: quæ ex effectis: quæ ex cōiectis sumi p̄nt. Ad diffinitionē aut pertinet ratio & sciētia diffiniēdi. Atque huius generi finitū est illud quod appellari de eodē & altero diximus: quod genus forma quædam diffinitionis est. Si em quærat idē ne pertinacia & perseuerātia diffinitionibus iudicandum est. Loci aut cōuenient in eius generis quæstionem: cōsequētes antecedentes: repugnātes adiūctis etiā duobus bis qui sumuntur ex causis & effectis. Nā & hanc illa sequit: hanc aut non sequit: aut si hanc res illa antecedit: hanc nō antecedit: aut si hanc repugnat: illi nō repugnat: aut si hanc rei: hanc illius alia causa est: aut si ex alio hoc: ex alio illud effectū est: ex quouis horū id de quo quærit: idē ne an aliud sit inueniri potest. Ad tertiū genus quæstionis in quo quale sit quærit: in cōparatiōe ea cadunt quæ paulo ante in cōparatiōis loco enumerata sunt: In illud autē genus in quo de expetēdo fugiēdoque quærit: adhibent ea quæ sunt: aut animi aut corporis: aut externa cōmoda vel incōmoda. Itaque quum de honesto turpique quæritur: ad animi bona vel mala oīs dirigenda est oratio. Quā aut de æquo & iniquo differit: æquitatis loci colligunt: bipartitū aut cernunt bipartito natura & instituto. Natura ptes habet duas: tuitionē sui: & vlscendi vim. Institutio aut æquitatis tripartita est: vna par legitima est: altera cōueniēs: tertia moris vetustate firmata. Atque et

rursus æquitatis tripartita dicitur esse: vna ad superos deos: altera ad manes: tertia ad homines perti-
nere: prima pietas: secunda sanctitas: tertia iusticia aut æq̄tas nominatur. De proposito satis multa: de
inceps de causis pauciora dicenda sunt. Pluraq̄ enim sunt ei cum proposito communia. Tria sunt
genera causarum iudicij: deliberationis: laudationis: quarum fines ipsi declarant quibus vtendū lo-
cis sit. Nam iudicij finis est ius ex quo etiam nomen. Iuris autem partes tunc expositæ quum æqui-
tatis. Deliberandi finis utilitas cuius sunt hæc partes quæ modo expositæ rerū expetundarum. Lau-
dationis finis honestas: de qua item est antedictum. Sed definite quæstiones a suis quoq̄ locis qua-
si proprijs instituuntur in accusatione defensionemq̄ partitæ in quibus existit genera: vt accusator
personam arguat facti: defensor aliquid opponat: aut non esse factum aut si sit factum: aliud eius facti
nomen est: aut iure esse factum. Itaq̄ aut iudicialis: aut coniecturalis prima appellatur: diffinitiuæ alte-
ra: tertia quamuis molestum nomen hoc sit: iudicialis vocatur. Harum causarum propria argumen-
ta ex his sumpta locis quos exposuimus in præceptis oratorijs explicata sunt. Refutatio autem accusa-
tionis in qua est depulsio criminis græce dicitur latine appellatur status: in quo primū
existit: quasi ad repugnandum congressa defensio. Atq̄ etiā in deliberationibus & laudationibus u-
dem existunt status. Nam & negantur sepe futura quæ ab aliquo in sententiā dicta sunt fore. Si aut om-
nino fieri non possint: aut sine summa difficultate non possunt: in qua argumētatione status coniectu-
ralis existit. At quum aliquid de bonestate: utilitate: æquitate differitur: deq̄ his rebus quæ bis sūt cō-
trarie incurrunt status: aut iuris aut nominis. Quod idem contingit in laudationibus. Nam aut nega-
ri potest id factum esse quod laudetur: aut non eo nomine efficiendum quo laudator affecterit: aut om-
nino non esse laudabile: quod nō recte nō iure factum sit: quibus omnibus generibus vñs est nimis i-
prudenter Cæsar contra Catonē meum. Sed quæ ex statu contentio efficitur ea græci vo-
cant: mibi placet id: qm̄ quidē ad te scribo qua de re agitur vocari. Quibus autē hoc qua de re agit cō-
tinetur ea continentia vocantur: quasi firmamēta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit. Sed qm̄
lege firmiter in controuersijs disceptandis esse nihil debet: danda est opera vt legē adiutricem & testem
adhibeamus. In qua re alij status existit noui qui appellatur legitimæ disceptationes. Tū em̄ defendē-
tes sententiæ accipi possunt. Tum opponit scripto voluntas scriptoris: vt quaratur: verba ne pl⁹ an-
non id legē dicere: quod aduersarius velit. Id autē contingit quū scriptum ambigū est: aut duæ disse-
rentes sententiæ accipi possunt. Tum opponit scripto voluntas scriptoris: vt quaratur: verba ne pl⁹ an-
facere possunt: ambigū: discrepantia scripti & voluntatis scriptura contraria. Iā hoc perspicuū est non ma-
gis in legibus quā in testamentis: in stipulationibus: in reliquijs quæ ex scripto agunt posse cōtrouer-
sias easde existere horum tractationes in alijs libris explicant. Nec solū perpetuæ actiones: sed etiā par-
tes orationis iisdē locis adiuuant: partim proprijs: partim cōmunijs vt in principijs quibus vt bent
uoli: vt doctiles: vt attentis sint qui audiant efficiendū est proprijs locis. Itēq̄ narratiōes vt ad suos fines
spectēt. i. vt plane sint: vt breues & euidentes: vt credibiles: vt morate: vt cū dignitate: quæ quāq̄ in to-
ta oratione esse debeat: magis tamen sunt propria narrādi. Quæ aut sequit narrationem: fides: ea qm̄ p
suadendo efficitur: qui ad persuadendum loci maxime valeant dictū est in his: in quibus de omni ratio-
ne diximus discendi: Peroratio autē & alia quædā habeat: & maxime amplificationē. Cuius effect⁹ hic
debet esse: vt aut perturbentur animi: aut trāquillēt: & si ita iam effecti sunt ante vt augeat eorū motus
aut sedet oratio. Huic generi in quo & misericordia & iracundia & odiū & inuidia: & ceteræ animi affe-
ctiōnes pturbant: præcepta suppeditant alijs libris quos poteris mecū legere quū voles. Ad id autē qd
teuelle senserā cumulate satisfactū esse debet voluntati tuæ. Nā ne preterire aliquid quod ad argumen-
tū in omni ratione reperiendū pertineret: plura q̄ a te desiderata erāt: sum cōplexus: feci q̄ quod sape li-
berales venditores solēt: vt quū ædes fundūue vēdiderint: ratis: casis: receptis: cōcedant tamē aliqd
emptori quod ornandi causa apte & loco suo positum esse videatur: Sic tibi nos ad id quod quasi mā-
cipio dare debuimus: ornamenta quædam voluimus non debita accedere.

Marcus Tullius Ciceronis Topica finit.

Marcus Tullius Ciceronis Partitionum liber Ciceronis cum Cicerone filio: Dialogos.

TVDEO mi pater latine ex te audire ea: que mibi tu de ratione dicendi græce tradi disti.
Si modo tibi est ocium & si vis. M. an est mibi Cicero quod ego malim q̄ te q̄ doctissimus
esse: Otium autem primū est & summū: qm̄ aliquando Roma excūdi potestas data est: de
inde ista tua studia maximis occupationibus meis anteferrem libenter. C. vis ne igitur vt
tu me græce soles ordine interrogare sic ego te vicissim eisdem de rebus latine interrogē
M sane si placet. Sic em̄ & ego te meminisse intelligā quæ accepisti: & tu ordine audies quæ requires
C quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi. M. In tris. C. cedo quas. M. Primū in ipsā
vim oratoris: deinde in oratiōem: tum in quæstionē. C. In quo est ipsa vis. M. In rebus & verbis. Sed
& res & verba inuenienda sunt & collocanda. Proprie autem in rebus inuenire: in verbi eloqui dici-
tur. Collocare autem & si est commune: tamen ad inueniendum refertur vox: motus: vultus atq̄ om-
nis actio eloquendi comes est: earumq̄ omnium rerum custos est memoria. C. Quid orationis: quot
sunt partes. M. Quatuor: earum duæ valent ad rem docendam: narratio & confirmatio: ad impellen-
dos animos dux: principium & peroratio. C. Quid quæstio: quasnam habet partes. M. Infinitā quæ
consultationem appello: & definitam: quam controuersiam nomino.